

Titulus Octauus

principibus suis. **Hester. i.** Et de hac potest ergo
ni etiam illud. **Homo quidam fecit cenam magnam.** **Lu-**
ce. iiii. Et etiam per illas nuptias factas a rege.
Matth. xxii. Omnia para sunt venite ad nupti-
as. **Hec autem declarat. b. tho. li. ii.** contra gentiles
sic. Est enim quoddam desiderium hominis in quantum intel-
lectualis est de cognitione veritatis. quod quidem homines
consequuntur per studium contemplatiue vite. et hoc
maxime in illa visione confirmabitur quoniam per visi-
onem prime veritatis omnia que intellectus natu-
raliter scire desiderat. ei innotescit. **Iuxta illud**
Hiere. xxxi. In die illa non nocebit vnusquisque
quod primo suo etc. **Greg. viii. dialogor.** quid est quod
nesciant qui scientiam omnia sciunt. Et **Exod. xiiii**
dixit dominus moysi. Ego ostendam tibi omne bonum
que intelligenda sunt de his que pertinent ad perfe-
ctionem intellectualis nature. **Quoniam illa visione**
cognoscent omnes naturas omnium specierum creatu-
rarum et virtutes et propria accidentia. que pertinent ad
perfectionem vniuersi. Et per cognitionem naturali-
um specierum cognoscet indiuidua sub huiusmodi spe-
ciebus existentia. Omnia autem huiusmodi que agno-
scit per hanc visionem. simul actu considerat. et sic
videt infinita. **Tamen ea que deus facere potest. que**
tamen nunquam fecit nec facturum est. non cogno-
scent sancti. **Similiter quantum ad rationes rerum factu-**
rarum. quas omnes intellectus non poterunt cognosce-
re nisi diuinam bonitatem comprehendant. Tertio nec
etiam cognoscunt ea que ex sola voluntate dei depen-
dent. sicut predestinatio. electio. iustificatio et huius-
que pertinent ad sanctificationem creature. hec omnia
soli intellectui diuino reseruantur. Eccl. viii. In-
telligi quod omnium operum dei non possit homo in-
uenire rationem. et **Job.** Forte vestigia dei comprehen-
dentes etc. **Est secundo quoddam desiderium ho-**
minis secundum quod habet rationem qua inferiora dispo-
nere potest quod quidem adipiscuntur homines per stu-
dium actiue vite. Quod desiderium ad hoc est prin-
cipaliter. vt tota vita hominis secundum rationem dispona-
tur. quod est viuere secundum virtutem. Quislibet. n. vir-
tuosi finis in operando. est proprie virtutum bonum. sicut
virtus vt fortiter agat. Hoc autem desiderium tunc
implebitur. quia ratio erit in summo vigore diuino lu-
mine illustrata. ne a recto deficere possit. Conse-
quuntur autem civilem vitam etiam quedam bona que ho-
mo indiget ad civiles operationes. sicut honoris
sublimitas. que homines inordinate appetentes
ambitiosi et superbi sunt. Ad summam autem hono-
ris altitudinem homines per illam dei visionem perducunt
in quantum deo quodammodo vniuntur. Et propter hoc si-
cut deus rex seculorum dicitur. ita et beati deo iuncti
reges dicuntur. Apoca. xxi. Regnabit cum christo
Et alibi videlicet beati dicuntur. **Fecisti nos deo**
nostro regnum et sacerdotes. i. reges. Consequuntur
ciuilem vitam. et aliud appetibile. scilicet fame cele-
britas. per cuius inordinatum appetitum efficiuntur
homines inanis glorie cupidi. Beati autem

in illa visione celebris redduntur. non secundum homi-
num viatorum modum sed beatorum. Et ideo frequen-
tissime illa beatitudo in sacra scriptura gloria no-
minatur. sicut in psalms dicitur. **Exultabunt sancti in**
gloria etc. **Est et aliud in civili vita appetibile**
scilicet diuitie. per cuius inordinatum appetitum et amo-
rem multi efficiuntur illiberales et iniusti. In illa
autem beatitudine est omnium bonorum sufficientia
in quantum beati fruuntur illo qui comprehendit omnium
bonorum perfectionem. propter quod dicitur Sap. vii. De-
nerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Et in
psalms. **Gloria et diuitie in domino eius.** **Est aliud**
hominis desiderium. quod est sibi et alijs aialibus com-
mune. vt scilicet delectationibus perfruatur. quod homines
maxime consequuntur secundum vitam voluptuosam. et
cuius immoderantiam homines efficiuntur intem-
perati et incontinentes. In illa vero felicitate delectatio
perfectissima tanto erit perfectior ea que est
secundum sensum. qua etiam bruta animalia perfruuntur.
quanto intellectus est altior sensu. tanto etiam
illud bonum in quo delectabimur maius est
omni sensibili bono. et magis intimus et magis
continue delectans. quanto etiam illa delectatio
est magis pura ab omni admixtione contristantis.
de qua dicitur in psalms. Inebriabuntur ab ubertate ro-
mus tue etc. **Est et naturale desiderium omnibus**
rebus commune. per quod conservationem sui desiderat.
secundum quod est possibile. per cuius immoderantiam ho-
mines redduntur timidi. et nimis sibi a laboribus
precentes. Quod desiderium tunc omnino complebitur
tunc. quoniam beati perfectam sempiternitatem consequentur
ab omni nocimento securi secundum illud Isa. xlii.
Et apoca. xxi. Non esurient amplius neque sitient
etc. Et sic patet per diuinam visionem quod consequuntur
intellectuales substantie veram felicitatem. in qua
omnino desiderium quietatur. et in quo est plena
sufficientia omnium bonorum. que secundum **Aristo.** ad
felicitatem requiritur. In hac vero vita nihil est
adeo simile felicitati superne. sicut contemplatio ver-
ritatis per hoc est possibile. **Hinc et Augustinus. in**
vltimo de ciuitate dei ait. Quarta ibi felicitas. vbi nul-
lum malum aderit nullum bonum latebit. erit deus
omnia in omnibus. Et infra. quid est enim quod dominus per
prophetas ait. Ero illorum deus in perpetuum. nisi ero
eis vnde satientur. Ero eis quicquid honeste ab ho-
minibus desiderari potest. Ero illis salus et vita
gloria et honor. victoria et copia. pax et omne bonum
Et in fine. Pacabimus et videbimus. videbimus
et amabimus. amabimus et laudabimus. Iuxta
illud psalms. Beati qui habitant in domo tua domine.
in secula seculorum laudabunt te.

Titulus octauus de fide

Fides sumitur octo modis. // Cap. i.

Denum de fide age-
dum. de qua apostolus ad **Hebreros. ii.**

Capitulum Primum

Sine fide impossibile est placere deo. Sed sciendum quod fides sumitur multipliciter. Primo quidem per conscientiam iuxta illud ad Romanos. Omne quod non est ex fide peccatum est. Ad verbum transiens Bratianus. xxviii. q. i. oēs. §. Et his itaque exponit. i. omne quod est contra conscientiam peccatum est. Et sic etiam sumitur in regula iuris. possessor male fidei nullo tempore prescribit. de reg. iur. li. vi. Secundo sumitur fides per castitatem seruanda thori conjugalis. Unde Augustinus. xxvii. q. ii. ait. Omne bonum nuptiarum fuit in illis parentibus christi. s. proles fides et sacramentum. Fides. quia nullum adulterium. etc. Tertio sumitur per pactionem seu promissionem. sicut quod dicit Augustinus. quod fides quam hostis promittit seruanda est. xxviii. q. i. noli. Ad est verum si promissio est licita. Nam ut dicit Iulius. In malis promissis rescinde fidem. et in turpi voto muta decretum. et ite. Si is cui facta est promissio. et ipse seruet fidem promissam. Nam dicit regula iuris. Frustra sibi petit fidem seruari etc. de reg. iur. li. vi. Quarto sumitur fides per fidelitatem. i. debita adimplerone et diligenti executione super promissione facta tacita vel expressa. Et sic ponitur ab apostolo fides. i. fidelitas inter fructus spiritus. ad Galatas. v. sicut in una expositione. b. l. x. Et reducitur fidelitas ad virtutem veritatis moralis. et ab ea denotatur seruus. vel dispensator fidelis. sicut in euangelium et apostolum. Et ad hanc virtutem pertinent scilicet et tertia acceptio. Quinto sumitur fides pro equitate in actionibus considerata. Insti. de acti. §. actionum. alie sunt bone fidei. alie stricti iuris. et sicut hoc dicitur lex. quod ubi bona fide agitur non est de apicibus legis disputandum. et sicut hoc etiam intelligi potest illa regula. bona fides non paritur ut semel exactum iterum erigat. de reg. iur. li. vi. Sexto sumitur fides per vna ex gratiis grati datis. quod ponit apostolus. i. ad Corin. xii. communibus bonis et malis. ubi dicitur. Alii datur fides in eodem spiritu. Sumitur enim ibi fides per quadam eminenti certitudine eorum que sunt fidei. Septimo sumitur fides contra per quodam habitu quo quis firmiter assentit sine formidine de opposito. his que clare non videt. quocumque sint illa puta cum quis firmiter credit talem esse patrem vel matrem suam vel verbis alicuius sapientis. Et sic Gregorius in nono dialogorum. dicit quod infidelis habet fidem. s. de parentibus suis et hominibus. sed hoc de se non est mentium. sicut b. l. x. prima se. Octavo sumitur fides per virtutem theologica. de qua dicitur. i. ad Corin. xii. Nunc manent fides spes charitatis. Sed sicut istam ultimam acceptionem. Fides quocumque sumitur per habitum talis virtutis charitate informata. Et sic sumitur in Hieremias. Domine oculi tui respiciunt fidem. et Osee. Responsalio te mihi in fide. Aliquam sumitur per habitum informi. ut ibi. i. ad Corin. xii. Si habuero fidem. ita ut montes transferam etc. Et iacobus. Fides sine operibus mortua est. quod utique bonum dei est. sicut insuf-

ficiens ad salutem. aliam sumitur fides per ipso actu talis virtutis. Unde Augustinus. Quid est fides. nisi credere quod non vides. et illud Gregorius. Fides non habet meritum. cui humana ratio prebet experientiam. Meritum enim non acquiritur ex habitu. sed ex actu. Fides aliam sumitur per obiecto seu materia eorum que sunt fidei. ut in simbolo Athanasius. Hec est fides catholica ut unum deum in trinitate etc. Fides aliquando sumitur improprie per visionem clara in patria diuinorum. ad Romanos. i. ex fide in fidem. i. ex fide presentium in fidem. i. visionem futurorum. Et hoc dicitur propter certitudinem. Aliquam sumitur per signo distinctiuo fidelium ab aliis. i. baptismo. di. xlv. de iudeis. Unde cum a baptizando queritur. quid perat. respondet fides. i. baptismi sacramentum. Hec quod omnia habentur in glo. super titulum. i. decretalium. s. de summa trinitate. et fide catholica. qui busdam tamen additis.

De ipsa autem fide §. I.

prout est virtus theologica nunc tractandum. Et primo de eius causa et effectu. secundo de eius habitu seu subiecto. tertio de eius actu. quarto de eius obiecto. Queritur ergo primo unde causetur fides in homine. Respondet b. l. x. se. se. q. vi. quod causatur a deo interiori mouente mentem per gratiam quantum ad assensum. que est principalis actus fidei. Unde apostolus ad Romanos. ii. Gratia saluari estis per fidem. et non ex vobis ne quis glorie. bonum enim dei est. Scilicet et instrumentaliter causatur etiam a quibusdam aliis. ut in visione miraculi. auditione doctrine. et hominibus. Pro cuius declaratione sciendum quod cause tres concurrunt ad fidem. Superior. i. credendum reuelatio. Exterior. scilicet miraculorum visio vel rationum circa fidem persuasio. Interior. s. ad ea mentis assensio. Quantum igitur ad primum oportet quod illud sit a deo. Ea enim que sunt fidei excedunt rationem humanam. unde non cadunt in contemplatione hominis nisi deo reuelante. Sed quibusdam reuelatur hoc immediate a deo. sicut sunt reuelata apostolis et prophetis. Quibusdam proponitur a deo mittente fidei predicatorem. sicut illud ad Romanos. x. Quomodo predicabunt nisi mittantur. Necessesse est enim quod homini proponantur credibilia ad hoc ut aliquid explicite credat. Et sic patet quod ista causa sit a deo. s. reuelante et mittente predicatorem. Quantum ad secundum sciendum quod nec miraculum visum. nec quocumque persuasio de fide est sufficiens causa ad credendum inductiuam. Ad patet ex hoc. quod videntium unum et idem miraculum et audientium unam et eandem persuasionem. unus credit. alius non credit. Sicut patet tempore apostolorum et aliorum predicantium et miracula facientium. Quod si esset sufficiens causa. omnes credidissent que vidissent et audissent. Sed et miraculorum operatio principaliter a deo est. ut patet. i. ad Corin. xii. Alii datur per spiritum operatio virt-

Titulus Octauus

mentis. **Quantū** ad tertium quod est mentis assensio ad credenda. Hanc causam ponebant pelagiani esse liberum arbitrium hominis solū. Et propter hoc dicebant quod initium fidei est ex nobis. inquantum scilicet in nobis est quod pati sumus ad assentiendum his que sunt fidei. sed confirmatio fidei est a deo. pro quem nobis proponunt que credere debemus. Sed hoc falsum est. quia cum homo assentiendo his que sunt fidei eleuetur supra naturam suam. oportet quod hoc insit ei ex supernaturali principio interiori mouente voluntate. Et hoc est deus. Nec est contra quod Augustinus dicit. quod fides consistit in credendum voluntate. quia oportet ad hoc ut voluntas velit credere quod preceptum a deo pro gratia ad hoc ut eleuetur in ea que sunt supra naturam suam. b. l. v. ubi supra. **Unde** in toletano concilio dicitur. Sicut homo proprium arbitrium voluntati serpentis obediens perit. sic vocate se gratia dei proprie mentis uersione sic credendo saluati di. xvi. **De iudeis.** Et quoniam aliqui uideant facere deus homini coactionem aliquam. ut in sauli uersione prostrato et cecato. tamen ad extra est illud et voluntas libera remanet. et uoluntate creditur et assensu uocanti. Et sic intelligendum est illud Augustinus. xxiij. q. iij. qui potest. Fides etiam informis. id est que est sine charitate. est contra dei. secundum glo. i. ad Corin. xij. a. b. l. v. ubi supra. Non ex eo quod est informis. hoc est ex defectu hominis. sed ex eo quod fides. Nec obstat illud Deuter. xxxij. Dei precepta sunt opera. Nam fides informis et si non sit perfecta simpliciter perfectione uirtutis. est tamen perfecta perfectione que sufficit ad rationem fidei.

Rationes persuasive .§. II

efficaciter inductiue ad credendum quoniam tunc potest assignari. quoniam nulla earum sit demonstratiua cogens intellectum ad assentiendum his que sunt fidei. **Prima** est operatio miraculorum. **Secunda** est multiplicatio testimoniorum. **Tercia** est tolerantia tormentorum. **Quarta** est propositio materie credendorum. **Quantum** ad primum dicitur ps. xxxij. Omnia opera eius. id est dei in fide. opera in fide. **Opera** dei permixte dicuntur opera miraculosa. quia solus deus ibi operatur. cum sit supra facultatem nature. **Unde** christus Ioan. xij. Pater in me manens ipse facit opera. scilicet miraculosa. quia solus deus ibi operatur. q. d. hoc non est opus mee humanitatis quam uideris sed diuinitatis que est una cum patre. **Omnia** autem ista opera miraculosa sunt facta in fide. id est pro fide et ad fidem introducenda et confirmanda. **Unde** suscitato lazaro dicitur Ioan. xi. Ex multi ex his que uiderant crediderunt in eum. Et Io. iij. Nisi signa et prodigia uideritis non creditis inquit christus. et factum miraculo in nuptijs aqua in uinum uersa crediderunt in eum discipuli eius. dicitur Ioan. ij. confirmati sunt magis in fidei. nam iam crediderat. Et certe secundum b. l. v. se se. cum ea que sunt fidei sunt supra rationem naturalem. melius et aptius probari non potest quam per operationes supernaturales. cuiusmodi sunt opera miraculorum. Si quis enim nunc predicaret aliquod futurum contra communes cursum naturalem. et ad probandum ueritatem huiusmodi pura retrogradatione solis die crastina fienda mortuum ueraciter suscitare. nonne miraculum istud sufficeret debere mouere ad credendum firmiter futurum. quoniam nec oculo nec intellectu cernatur utique. **Sunt** autem ipsa miracula in christiana religione fide prestantia innumerabiliter et variabiliter et ueraciter operata. **Et** principio mundi inchoata sunt miracula. **Nam** secundum Gen. iij. de primo illa facta. quod inflamauit deus super Abel et muerat eum. uidelicet ignem de celo mittendo ad comburendum sacrificium eius ex fide christi celebratum. **Sub** noe in opere archie multa miracula fuerunt celebrata. **Abraham** quod credidit deo promitteri quod in semine suo omnes gentes benedicerent quod est christus. miraculum claruit in generatione ysaac Gen. xviij. **Et** sanatione regis egypti et gerar. **Multa** et magna prodigia fecit deus pro moysen in egypto in deserto coram omnibus iudeorum. ut patet in Exodi et Numeri. pluribus capitulis. **Tempore** iudicii. **Iosue**. **De** deom. **Samsonis** et aliorum multa mira facta pro fidem refert apostolus ad Hebr. xi. **Sub** regibus signa plurima facta ostendunt in libris Regum et Paralip. pro dauid et ezechiam. **Beliam** et helisum. et alios. **Post** transmigrationem babilonis in cuius captiuitate detentus populus ille hebreorum tunc fidelis nec miraculis caruit. ut patet in li. Dani. de socijs eius in fornacem missis. **Victorie** machabeorum satis miraculose uidentur. **Saluatoris** autem nostri domini iesu christi miracula. ultra ea que narrant euangeliste sunt pelagus immensum. ut dicitur Criso. **Quibus** attestatur iosephus hystorographus iudeus. et sybilla pagana. **hec** pronuncians ut refert Lactantius. **Postquam** autem ille populus ueram fidem dimisit. nunquam penes ipsum amplius sunt uisa uel audita miracula. **Sed** translata sunt cum fide ad ecclesiam ex gentibus et iudeis conuersis collectam. ut patet in actibus apostolorum de petro. ad cuius umbram sanabantur infirmi et alijs apostolis et successoribus eorum. **Et** Augustinus in xxi de ciuitate dei. de multis narrat tempore suo factis. **Et** inde Gregorius in dialogo suo. **Dionysius** in speculo suo hystoricali. **Facta** sunt autem miracula non solum innumerabiliter sed variabiliter et in omni genere rerum. **In** corporibus celestibus. ut in statione solis in celo sub Iosue. **Retrogradatione** sub Ezechia. **Obscuratiōe** innaturali. id est passione christi. **In** elementis. igne non comburentes tres pueros in fornace. **In** aere que ad pluuias. grandinem. fulgura. coruscationes et hominibus sub samuele. moysen et helia. **In** aqua diuisa maris rubri. et iordanis. **In** terra que apra est et uel glutinuit **Dathan** etc. **In** brutis. in plantis. in alijs inanimatis. **In** obsessis a demonio liberis

Capitulum Primum

ratis. In omni genere infirmitatum sanatis. In mortuis suscitatis. Unde christus **Mat. vi. In nomine meo demonia eicientur.** Non autem fide et fallaciter vel virtute naturali sunt facta ista miracula fidei. sicut **Joannes** et **magi** pharaonis convergentes virgas eorum in serpentes et conuerso arte magica. et virtute dyaboli. sicut faciet **Antichristus**. Unde dicit **apostolus** quod eius aduentus erit in omnibus signis et prodigiis mendacibus. quia non realiter faciet sed tamen apparenter. Quedam autem miracula in christiana religione fuerunt verissime et realiter facta. quia virtute dei. non dyaboli. Cui omnis creatura subiaceret ad nutum. Nam et si ope demonum possint fieri quedam transmutationes insue te. non illa que sunt supra naturam. ut illuminatio ceci. resuscitatio mortui et huiusmodi. que omnia sancti nostri fecerunt diuersis temporibus mundi. Si quis autem negare velit miracula facta in ecclesia. tunc ut dicit **Augustinus** in libro de ciuitate dei. hoc erit maius omnibus miraculis quod pene totus mundus conuersus sit ad fidem istam. et ad assentiendum his qui bus ratio non premit sine operatione miraculorum. Nam certum est ex hystoria varis. patres fidei huius fuisse infideles et idolatras romanos et alios. Nunc autem fideles. Unde ergo ista conuersio. Nunquid ex eo. quia **petrus piscator** indoctus et pauper potentia armorum coegerit eos. aut thesauris collatis attraxerit. quia aurum et argentum non habuit. Aut indoctus humane sapientie verbis. qui nunquam **Cicerones** vidit. Non. Sed quia prodigiis miris effuluit. quibus doctrinam confirmauit cum sanctimonijs vite. Unde **Bernardus** ponit hoc unum esse ex tribus maxime mirabilibus factis in deo. scilicet coniunctio fidei cum corde humano.

Secundum quod .§. III.

ostendit veritatem fidei est multiplicatio testimoniorum. Unde dicitur potest illud psalmus lxxv. Testimonia tua. id est de mysterijs fidei credibilia facta sunt nimis. Attestatur enim his que sunt fidei natura omnis intellectiva. diuina. angelica et humana. Nam ut dicitur i. **Jo. v. Tres sunt que testimonium dant in celo.** scilicet de factis fidei per verbum et spiritum sanctum. Prater testimonium reddidit dicens de christo. Sic est filius meus dilectus. **Mat. iij. In baptismo et iterum in transfiguratione Mat. xvij. Filius reddidit testimonium de patre dicens. Ego et pater vnus sumus Jo. x. Et iterum opera que ego facio testimonium prebent de me. opera miraculorum demonstrabant veritatem dictorum suorum. Cuius n. solus deus opes super virtutem nature. et deus non sit auctor vel affirmator in dactione. non potuisset illa miracula facere. nisi veritatem dixisset de ipso humiliaffet se ad milibus deducendo nomen eius. sicut accidit **nabuchodonosor** et **holoforni**. **herodi** et **cosdroe** se facientibus deos.**

Sed christus et si ad horam ob nostram redemptionem passus est et multum vilificatus. tamen voluit. Et ex inde dedit illi nomen quod est super omne nomen. ut in nomine iesu omne genu flectat. **Phil. ij. Et sic pro deo adoratur ut est. Spiritus sanctus prebuit testimonium pro ore apostolorum. Unde dicit christus. Joan. xvi. Cum venerit spiritus veritatis ille testimonium prebabit de me. pro predicatione. scilicet vestra et miraculorum operatione. Natura angelica testimonium reddidit mysterio trinitatis. dum apparuerunt tres viri. id est angeli abrahe. Tres vidit et vnus adorauit. **Gen. xvij. Item Isa. vi. Cum vidit ysaias dominum sedentes super solium excelsum. et audiuit seraphim clamantia ter sanctus. sanctus. sanctus. et postea dicentia singulariter. dominus deus sabaoth. Item mysterium incarnationis gabriel archangelus maxime nunciavit resurrectionis que mulieribus et ascensionis et aduentus ad iudicium discipulis angeli nunciauerunt. **Mat. vlt. Et actum. id est. Angeli quoque mali seu demones testificati sunt de christo. clamantes cum egerent ab obsessis. Quid nobis et tibi iesu filij dei etc. Lu. ij. Et alia etiam. Natura humana reddidit testimonium mysterijs fidei pro omni genere hominum. iudeorum. paganorum et christianorum fidelium et infidelium. Ex libris quidem iudeorum scilicet veteris testamenti multum probabiliter et efficaciter. et si non demonstratiue habentur testimonia de trinitate et incarnatione christi. In psalmus xlvij. Dixit deus deus tuus oleo leticie pro sortibus tuis. id est. Deus filij. deus tuus. scilicet. vnus oleo. id est. gratia spiritus sancti. te in quantum hominem. Et in alijs pluribus locis notantur ipse persone. **Ps. l. in psalmus lxxvij. Spiritus inuocabit me pater meus es tu. Filius. psalmus. q. Dominus dixit ad me filius meus es tu etc. Spiritus sanctus. psalmus. l. Spiritus sancti tui ne auferas a me. De mysterio incarnationis pleni sunt psalmi. per maxime prophetia **Danie. de lxx hebdomadibus. scilicet annorum vbi exprimitur tempus determinate future tunc incarnationis. quia a tempore quo data fuit licentia a **Cyro** rege reedificandi hierusalem. usque ad passionem christi fluxerunt. cccc. nonaginta anni qui sunt lxx. hebdomade annorum. Ibi in prophetia tangitur de incarnatione. passione et destructione hierusalem per romanos. Et exponunt magistri in hystoria scolastica. Et plenius **Nicola. de lira super Danielem. reprobando falsas expositiones iudeorum quas ibi faciunt. Iosephus quoque hystoriographus iudeorum qui fuit tempore christi. sed preueras in iudaismo tale testimonium de christo prebuit. fuit illis temporibus sapiens vir. si tamen enim nominare virtutis prebas est. Erat enim mirabilium operum effector et creator eorum qui libenter ea que futura sunt audierunt. Et multos ex gentibus adiunxit sibi christus. Sic erat qui et post crucem his qui eum dilexerant apparuit iterum quod prophete huiusmodi et alia de************

Titulus Octauus

Mo p̄dixerat. Sed vsq̄ in hodiernū diē christi
anoꝝ q̄ ab eodeꝝ dicti sunt. ⁊ nomē perseuerat
⁊ genus. hec ille. qui tpe Despasiāni in bello iu
daico captus fuit. **I**tem ex doctrinis genti
lium habet de fide testimonium. Et vt dimitta
mus illud virgilij in bucolicis. qd̄ Aug^o. indu
cit Hiero. illud. q. s. ad aliū sensus dicta sunt.
Nam reddit ⁊ virgo redeunt ⁊ saturnia regna.
Nam noua p̄genies e celo dimittit alto. Et il
lud virgilij Ene. primo. Nate mee vires. mea
magna potētia solus. ⁊ illud. talia p̄stabat me
morans fixusq̄ manebat Sybilla. Erit ha gē
tilis. mirabile testimoniu ⁊ mltiplex reddidit
de passione christi. vt refert Lactanti^o in libro
institutionū. videlicet. In man^o impias infide
liū veniet. dabit autē deo alapas mambō ince
stis. ⁊ impurato ore expuent venenatos sputos
dabit autē ad verbera simplr sanctus deorsum.
Itē colaphos accipiēs tacebit. ne q̄s agnoscat
qd̄ verbus vel vñ venit. Et corona spinea coro
nabit. Itē in esca fel ⁊ in siti acetum vedere in
humanitatē hanc mensas. Itē templi velū scin
detur ⁊ medio die nox erit tenebrosa nimis in
tribo horis. Item de morte ⁊ resurrectione eius.
Morte moriet tribo diebus somno suscepto. ⁊
tūc ab inferis regressus ad lucē ⁊ nict primus
Item sybilla de miracul^o eius sic ait. Dia p̄lo
agens. oēm infirmitatē curans. mortuoz autē
resurrectio erit ⁊ claudoz cursus velocissim^o. ⁊
surdi audient ⁊ ceci videbūt. loquent nō loqn
tes. Itē eadē die de quinq̄ panib^o et piscibus
marinis huius milia in hextemo q̄nq̄ satiavit
Et q̄ sup̄fuerūt frustra tollens. r̄. cophinos im
pleuit. Dentos cōpescet. sternet insanus mare
sub pedib^o calcati. Itē de trinitate Sybilla oī
um nutritorē creatorēq̄ dulce sp̄m oīb^o appo
suit ⁊ principem deoz oīm fecit. Et rursus in fi
ne. Alterū dedit deus fidelib^o viris honozare vi
delicet filiū incarnatū. Sybilla etiā tyburina
cuius simulacrū tenebat librū vbi scriptū erat
Nasces christus in bethleem. ⁊ annuntiabitur
in nazareth. regente thauo pacifico fundatore
O felix illa mater cuius vlera illuz lactabunt.
Sybilla erit ha vt refert Aug. xvij. de ciui. dei.
Iudicij signi tell^o sudore madescet. E celo rex
aduenit p̄ secula futur^o. s. in carne veniēs vt iu
dicet orbem. Et b̄ nota qd̄ ait Augu. di. xxi. vñ.
Si qd̄ veri sybilla de deo aut orph^o ceteriq̄ gē
tium vates aut p̄bi p̄dixerūt. valer̄ q̄ppe ad pa
ganoꝝ vanitatē reuincendā. nō ad illoꝝ autoꝝi
tatem cōplectendā. **E**x doctrinis christiano
rū. ex oīni genere lingua ⁊ natione ⁊ hebreis gre
cis ⁊ latinis. fides christi habet testimōia. ex q̄
bus eius veritas oñditur pbabiliter. Et hoc ex
eoz sapientie p̄funditate. vite pbitate ⁊ innu
merositate. In multis cōclusionibus. in diuer
sis facultatib^o creditur cōmuniter ab omnib^o

qz sic dictū est a sapientibus. **D**octores autē
fidei ecclie fuerūt sapientiores hoies m̄lidi in
oīni facultate. q̄ oīnes errores confutauerūt et
a nullo ip̄i conuicti sunt. Quis altioꝝ dyonisio
ariopagita. Quis in sermōib^o leone papa ru
tilantioꝝ. Aut hieronymo eloquētiōꝝ in suis e
pistolis doctus in lingua ebraica ⁊ latina docti
or. veritatē interpretatoꝝ. Quis augustino aphri
cano fundatoꝝ ⁊ acutioꝝ vel cypriano elegatioꝝ
aut hylario gallico p̄fundioꝝ. Ambrosio ytalij
co q̄s pegrinoꝝ i dicitis. Quis suauioꝝ ⁊ moza
lioꝝ magno gregorio romano. Et adiuncto na
zanzeno Omittendo ex breuitate alios grecos
Or athanasij. alexandrinū. basilij capadocē
sem ep̄m. chrisostomū cōstantinopolitanū. ci
rillū didimū. eusebiū cesariensem. Origenē et
si in aliq̄b^o errauit Damascenū. q̄uis in mate
ria p̄cessiois sp̄s sancti cū grecis senserit. añ tñ
determinationē ecclie circa hoc. Vñ forte potu
it excusari. Nec ignari fuerūt ysidorus hispa
lensis. Et anglicus venerabilis beda cū ansel
mo erimio in similitudinib^o. Deuotus bernar
dus burgundus. Prosper equitanicus. Orsi^o
cassiodorus. remigi^o Lactantiū lacteo stilo scri
bentē dimitto. qz male sentit cū miliamistis de
fine secti. vt p̄t in vl. li. insti. Deniā ad moder
nos quoz stilius ita breuis cū grata faciēdia cel
sa clara ⁊ firma sententia. Or. b. l. v. regnicoli.
scoti. Venerant oēs p̄bi. Albertū magnū theu
tonicū in scientiis secularib^o. Taceo de alijs. vt
Bonuētura. ricardo. ioanni scoto. nicolao de li
ra hebreo. Alexander de ales minorib^o. Berro de
tharātafia. ⁊ illo de palude. herueo. hugone car
dinali. Roberto ordinis p̄dicatoꝝ. Egidio. au
gustino de anclona ⁊ alijs. quoz nomia scripta
sunt in libro vite. opa eoz attestantur scientie
eoz. Et hebreis doctoz ille mirabilis ⁊ ascensor
celi. Paulus vas electionis. Petrus. Andreas
Ioannes. Et si añ penthecostes piscatoꝝ indo
ctus postmodū illavox fuit ei^o. In p̄cipio erat
verbum ⁊c. qd̄ doctus plato necluit. Demoste
nes eloquens. ignorauit. nisi qz de^o reuelauit ill
p̄ sp̄m suū. O q̄ fatuū est non credere q̄ tales
⁊ tanti crediderunt. imo que deus illis manife
stauit gustando que dixerūt. Sicut em̄ fatuus
esset puer q̄ in carcere obscurissimo nat^o et nu
tritus. matre sibi referente de sole luna ⁊ stellis
⁊ luce eoz. q̄ sunt ⁊ apparent extra carcerē iā ab
ea visis nollet credere. ex eo qz ip̄e nil vidit ni
si tenebras. ita vt dicit Grego. in. iij. dyalogoz
sunt hoies fatui. q̄ nō credūt sapientib^o diuina
p̄dicantib^o que ip̄i viderūt credēda ⁊ gustarūt.
Probitas vite cum fama efficac reddit testi
monij. vt experientia docet. quis narrare suffi
ceret sanctitatem doctozum ⁊ fidem p̄dicantiū
Veritatez. modestiam. iusticiā ⁊ charitatē. cre
ditur parentib^o vel vicinis dicētib^o. talem esse

Capitulum Primum

filii talis. ubi nulla est certitudo. Et plerumque tales testificantes sunt male vite et incedaces. et tunc rationabiliter hoc creditur. aliter sequeretur magna perfusio. et non creditur tot innumeris personis sanctissimis ab omni mendacio liberis testificantibus fidei christianam. Creditur infalliter lris mercatorum. quia in ipsis non solent mereri. et si aliter frequenter et non erit credendum dictis doctorum. qui semper se cavent a mendacijs. **Numerositas** testium innumerabilis ad hoc multum facit. **Secrete** diversarum passionum fuerit in quibusdam partibus tunc et pace duraverunt inter se etiam diversa sentientes. sed fides christiana per totum orbem divulgata est. quia in omnem terram exiit sonus eorum etc. **Petrus** enim prius in iudea et antiochia. deinde in italia predicavit. **Andreas** in achaja. **Jacobo** maior in hispania **Joannes** in grecia. **Thomas** india ad fides attraxit. **Jacobo** minor hierosolymis primitivam ecclesiam tenuit. **Mattias** ethiopia convertit. **Philippus** siciam. **Bartholomeus** superioris india. **Symon** egyptus. **Thadeus** in ponto. et postea filius in persia predicavit. **Matthias** per iudeam. **Paulus** a hierosolymis usque illiricum euangelio replevit. **Dionysius** franciam. **Marcus** alexandriam. **Augustinus** Bre. angliam. Et gallia et britania aphyrica et persia. **Oriens** etiam ut india unum christum adorant. unam servant regulam veritatis. Et perseverant a principio mundi usque ad finem implicite vel explicite apud viros fideles eadem. **Rectores** in his qui sunt fidei discordant vel contrariantur. Et si in aliquibus alijs qui ad fides non pertinent diversa et contraria aliquando opinantur. sicut in alijs scientijs.

Tertium per quod .§. III.

efficaciter probat veritas fidei christiane. est toleratio tormentorum per confessionem et confirmationem ipsius. **Aplos** ad **Deb. xi.** inquit de scriptis. lapidati sunt. scelerati sunt. in occasione gladii mortui sunt. **Circumstant** in melioribus et pellibus caprinis. egentibus. angustati. afflicti. quibus dignum non erat mundus. Et hi omnes testimonio fidei probati inveniuntur. **Istud** est efficacissimum testimonium exponere vitam suam ad confirmationem deorum suorum. **Na** ut dicit **Job. i.** Pelle pro pelle et cuncta que habet homo dabit pro anima sua. i. vitam servanda. Et hanc ipsam dederunt pro fidei attestatione. **Unde** martyr interpretatur testis. **Circa** quod etiam sunt tria consideranda. scilicet multitudo et varietas passionum. letitia sufferentia eorum et diuturna persecutio adversorum. **Tot** sunt martyres effecti pro fide christi (ut dicit hieronymus. in quodam epistola) quod non est dies pro toto anno. exceptis kalendis. ianuariam in qua non possit numerus ascribi quinque milium martyrum. **Cum** tamen hieronymus fuerit circa annos domini. cccc. Et nunc sumus in millesimo quodrigentesimo quinquagesimo quinto. **Nullum** autem genus tormentorum vel arbitror remansit intactum. **Petrus** deorsum crucifixus. **Andreas** in cruce erectus. **Bartholomeus** excoriatus.

Jacobo minor precipitatus et fullonis parvica erectus. **Joannes** in colium olei ferventis immensus. **Stephanus** lapidatus. **Clemens** in mari submersus. **Laurentius** exustus. **Blasius** pectinibus cardatus. **Ferretis**. **Sebastianus** sagittis confossus. **Ignacius** a leone profocatus. **Paulus** cum pluribus decapitatus. **Petrus** martyr gladio per latus transfixus. **Felicitas** filia filis machabeis septem passis sunt membris incisus in sartagine missis. **Et** plures martyria ipsa vicerunt supernaturaliter ut eis non noceret. **Quis** non obstupescat ad letitiam christianam martyrum. **Agatha** virgo gloriantur ibat ad carcerem. quasi ad epulas invitata. et in pentis aiebat. **Ego** ita delector in his. sicut qui audit bonum nuntium. vel videt amicum diu desideratum. **Exclamabat** tyburtius super prunas nudis plantis incedens. **Vidit** mihi super roseos flores ambulare in nomine domini nostri iesu christi. **Quis** non admiretur **Vincencium** in tormentum tyranno insultantem. **Daciano** qui regem quasi tribunal ultro ascendit et laeniat. visceribus patefactis dicebat. **Infelix** has epulas semper optavi et votis omnibus exoptavi etc. **Eufemia** virgo contra iudicem coquebat tanquam iniuriam passa. quod ipsa nobilissima in calcedonia civitate postponeret in tormentis. vel sibi periretur plus alijs. **In** passione mauricij et sociorum eius pia legitur prentio fuisse inter eos affectas quilibet ad mortem. alios querebat antecedere. **Le** nerrime et pulcherrime virgines que quodcumque aspectum solent horrere. inproterite steterunt ante reges et perfides eos confundentes et ridentes tormenta plurima sufferentes. **Unde** tanta leticia in corde. tanta audacia in ore et voce. tanta fortitudo in opere. nisi quod clare videbatur revelante divinitus glorie summa eis parata que fides fateat. **Non** una vice tantum. die. mense. vel anno talia suffererent. sed toto tempore vite sue ad ea parati erant. **Non** diuturnum martyrium est semper cum carne pugnare et de carne semper per virginitatem triumphare. eius desideria comprimendo. que multi fecerunt. et faciunt ad dei honorem fideliter. **Jeunare**. orare. sensus coercere. persecuciones pati. paupertatem. infirmitatem. ignominiam. exilium. deperditionem et in nullo deficere. nec odio vinci. sed pro malo bonum reddere. magna virtus et martyrius est. quod bonum christiani faciunt. quod totum est ad confirmationem fidei. **Doctrina** christiana hoc docet. mortificare sensus. coercere irascibilem. comare concupisibilem. regulare voluntatem. captivare intelligentiam. paratum quotidie esse ad mortem pro christo. **Et** intra huiusmodi aspera quanto maior fiebat persecutio fidei. tanto magis crevit numerus christianorum. **Si** machometus sartacenos et alios multos populos ad sui perfidiam et legem attraxit. **Non** mirum ut dicitur. **Quod** contra gentiles. quia lex illa tota carnalis et secundum sensum alitatem est. quare sunt populi proclives sequi.

Titulus Octauus

Sed lex christi et doctrina fidei tota spiritualis et difficilis seruari, et tamen magis divulgata et sparsa est quam perfidia sarracenorum.

Quartum quod .i.v.

probat veritatem fidei christiane est materia que proponitur credendo. fatetur enim de deo et dignitate et probabiliora et altiora quam quecumque secte vel perfidie. Unde Ambrosius. Et si alijs apostolis imperatur ut latent secreta sua, soli tamen petro dicitur Luce. v. Duc in altum, id est profundum discipulationum. Quid enim tam altum quam altitudinem diuinitatis veri dei filium scire, et promissiones diuine generationis assumere, quam licet mens nequeat humana plene rationis inuestigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. xxij. q. i. Non turbatur. Illi namque secte de deo male sentiunt, vel de dei potentia, dum non credunt ipsum suscitare posse mortua corpora nostra, vel suscipere carnem seu naturam nostram, ut pagani. Nos autem dicimus, quia non erit impossibile apud deum omne verbum Luce. i. Vel male sentiunt de dei sapientia et providentia. Dum non credunt curam habere precipue de humanis, ut epichuri. Nos vero credimus quoniam ipsi est cura de omnibus. Et primarime ut dicitur i. Petri. v. Ipse est cura de nobis. Vel male sentiunt quidam de bonitate dei, dum non credunt precere reuersis ad penitentiam vel punire peccatores. Nos autem firmiter tenemus, quia quacumque hora peccator conuersus fuerit et ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor, dicit dominus Ezechiel. xvij. Et ite dicit male dicit in ignem eternum etc. Math. xv. Sentit scilicet fides nostra probabiliora et que magis deceant creaturam rationalem. Nam fatetur hominem ad dei imaginem factum, Gen. i. Et ad similitudinem dei monet viuere secundum conditionem nostram, dicens ad eph. v. Estote imitatores dei. Et ad gloriam simile promittit puenire bene viuentem, id est Ioan. iij. Scimus cum apparuerit similes ei erimus. Sens iudeorum et machomeri sentiunt de deo et non probabilia. Nam gens iudeorum sperat solum affluentiam temporalium. Sens machomeri solas delicias corporales ex promissione legis, et multa committit que sunt contra omnem rationem et philosophiam moralem. Nil in doctrina fidei est contra philosophiam moralem, sed nec contra naturales, sed super naturales. Fides enim christiana ad maiorem perfectionem adducit quantum ad deum et quantum ad proximum, quod predicat ea que incutiunt timorem, ut penas inferni, excitat ad amorem ut per prima immensa beneficia redemptionis et alia. Quantum ad proximum, quod precipit sibi in necessitatibus subuenire. Omnes diligere etiam inimicos, superioribus obedire, nullum ledere et homini. Fatetur etiam

fides nostra altiora de deo et nobiliora. Dum non biles philosophi ut Aristoteles et plato in his que de deo noscibilia sunt, fidei nostre testimonium prebent ut circa hoc quod vna sit causa prima et eterna, quod summe potentie, sapientie et bonitatis. Unde quantum ad ista fides nostra ex intimis prebent sumpta est disciplina secundum Boetium. Fidei enim nostre attestatur vniuersitas creaturarum. Dum enim mundus ostendit vnum deum. Magnitudo potentiam, pulchritudo sapientiarum, bonitas et utilitas bonitatis. Primum attribuit patri, secundum filio, tertium spiritui sancto. Perpetuitas creaturarum attestatur dei eternitati. Omnis enim causa potior est suo effectu. Nulla enim secta seu perfidia habuit veros prophetas in omni genere rerum per visiones sensibiles vel ymaginarias, vel intelligibiles, nisi fides christiana. Habuerunt aliqui infideles phitonissas et diuinos, sed certe diabolica arte illa erant, et que frequenter in medatio inueniebantur sed fides christiana habuit semper veros prophetas. Et in veteri testamento apud iudeos, in quo erat vera fides de christo predicantes omnia christi mysteria que postea impleta sunt, ut patet in ps. Isa. Hier. Ezechiel. Danie. et aliorum. Sed in nouo testamento diuersis temporibus fuerunt prophete, nisi que autem in populo iudeorum amplius post prophetiam suam. Et sibi dici potest illud ps. cxvij. Mirabilia testimonia tua, etc. et multis alijs etc.

De effectibus fidei .i.vi.

dei seu utilitate que est multiplex et merito possit illud dici. Fides tua te saluum fecit Matt. ix. Et Lu. xvij. et in alijs locis. Saluat enim remouet a mala, adducendo bona, produciendo ad premia. Primo enim de mundo triumphat. Secundo in dyabolo triumphat. Tertio detrimenta euitat. Quarto purificationem aduocat. Quinto timorosiorem causat. Sexto conditionem dignificat. Septimo eruditum facit ordes. Octauo peccata facit miraculorum actioes. Nono adducit ad supernas retributioes. Quantum ad primum dicitur i. Ioan. v. Hec est victoria que vincit mundum, scilicet fides nostra, id est vincere facit que sunt in mundo, scilicet concupiscentiam carnis, id est uoluptates, concupiscentiam oculorum, id est diuitias et superbiam vite, dum videt dominum suum credendo crucifixum, pauperem et humillimum. Magna enim gloria est sequi regem factorem sui Aug. Omnia terrena contempsit homo christus ut ostendenda esse monstraret. Iudus secundum aug. in sermone duplicem actem contra milites christi producit, demulcet prosperis, terret aduersis. Sed per fidem nec extollit prosperis, considerando omnia habere a deo et amittere posse, precipue per elationem, ut patet in saule. Dauid. Ezechia et alijs. Nec deicit aduersis intelligendo a deo precedere que erare non potest, et omnia sibi ad perfectum cedere. Iudus ut dicit Ioan. i. eum non cognouit, et tunc est

Capitulū Primū

quia iudicat de rebus scdm sensum humanum
vt rōne naturalē. Et figurat p cynipēs quorū
plaga nō legit curata ero. viij. q. cynipēs em de
pbluere terre educi. argumenta sunt pborū. de
subtili et terreno sensu pdeūtia. q. oculum fidei
ledūt h aial vt dicit orige. corpus cui infederit
acerbissimo stimulo tenebat vt quē volantē q̄s
videre nō valet. sentiat stimulationē. Hoc ani
mal arti dyalēce pparat. que minutis et subri
libus hōz stimulis animas tenet. et callidita
te cauta circūuenit. vt deceptus nō videat vñd
deciat. **Hec** plaga nō curat. **Idola.** n. pborū
remanerūt cū ydola gentiū destructa fuerūt. vt
ait quidā. **Sed** fides dicit **Dñ** legit in hystoria
ecclesiastica q. i quoddā scilio quidā accursi
mus pbus infidelis a peritissimis doctoribus
nostris cū quibz disputabat vincit nō poterat
Tandē a quodā simplici et sancto viro cū quo
disputauit. dicendo solū illi simbulū fidei. et in
rogādo si ille crederet assensit oibus. et ouersus
est. Sic g saluat fides a pompis seculi. et sapiē
tia mūdāna aduerfis. **Secūdo** p fidē tempta
tiones dyaboli vincunt. eph. vi. **In** oibus su
mentes scūtū fidei in quo possitis oia tela mi
nici ignea extinguere. **Hoc** scūtū hz tres angu
los scz p̄mia eterna que psequit. vincēs suppli
cia perpetua. que meret si vincit. **Exēpla** sancto
rū qui vicerūt et quō. **Et** apoc. ij. et iij. ponit sep
tem modis qui vicerit ad insinuandū victoriā
septē viciorū. de quibz dyabolus temptat. **Si** ha
bueritis fidē ait christus. math. xviij. vt granū
sinapis. et diceris huic monti transi et transibit.
Diabolus est dyabolus supbia elatus. quez quis
facit transire a se et ab alijs in temptationibus
vt non succumbat p fidē verā. qñ scz est vt gra
nū sinapis videlicet parua humilitate. tenax sta
bilitate. callida charitate. **Sed** lucas dicit loco
montis. si diceretis arbori huic moro eradica
re et trasplantare. fiet. **Morus** vt exponit amb.
significat dyabolū. qz sicut mori nascunt albe et
ex calore nigrescūt. ita dyabolus creat⁹ est inno
cēs. sed calore ambicōis effectus est niger et vi
tiosus. **Petrus** etiā in cano. i. **Aduersarius** ve
ster dyabolus tāq̄ leo rugiēs et cui resistite for
tes in fide. **Terno** p fidez euadit quis multa
mala vt infructuositatē spūlem. **Ad** heb. xi. si
ne fide impossibile est deo placere **Qui** aut nō
placet deo nō pōt mereri p aliquod opus suū
etiā de genere bonoz. **Quinimo** vt dicit ad ro.
Omne qd nō est ex fide peccatū est. i. scdm glo.
aug **Omne** acno infidelīū peccatū est. **Quod**
tñ scdm. b. th. se. se. nō est intelligendū simpli
citer de omni actione. **Quia** in his q faciūt infi
deles ex instinctu nature vel de genere bonoz
vt elemosinā scdm dictamē rōnis. vel dando
indigentibz ex compassione nō peccant. sed de
illis opibus que pcedūt ex infidelitate sua. pu

ta. p seruandis mandatis sue legis. vt ieiunari
to ipibus et modis put mādat lex machomeri
Seruādo sabbatū vt faciunt iu dei et alia festa
sorū et ceremonias. tūc peccant et mortaliter.
Del intelligit omnis vita eoz negatiue. i. sine
merito. **Per** fidē etiā est capax quis sacramen
toz ecclesie p que euitant multa mala spūalia
et temporalia. **Per** fidem etiā informē est carax
suffragioz ecclesie. **Et** si nō eo modo sicut hñs
fidem viuam. tamen aliq modo. **Non** etiā dia
bolus potest ita nocere fidelibz. etiā malis qui
sunt intra ecclesiam numero tm. sicut infidelis
bus et excoicatis. **Per** fidem etiā inuitant mul
ta mala temporalia et spūalia. **Per** fidē abrahā
eruit de vr. i. igne caldeoꝝ ille sua. **Cum** em nō
vellet ignem adorare quē caldei deū dicebant.
vt experiret virtutem dei sui. miserūt ipm in ig
